

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7194

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1172-1178]

Lieu d'émission : Caen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation à l'abbaye de Saint-Sauveur de ses biens situés en Angleterre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cisterciensium Carthusianorum...*, de *canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, vol. 2, p. 1105.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DXIV, t. 2, p. 73-74.

Dissertation critique

« 1172-1173 – 1178 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 74. Souscription de Richard du Hommet, mort en 1179 ; après un séjour en France d'août 1177 à avril 1178, Henri II n'est pas retourné sur le continent en 1179. Cet acte, qui porte la formule *Dei gratia*, n'est pas antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après b

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus archiepiscopis, episcopis, comitibus, vicecomitibus, justiciis et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis, salutem. Sciatis me dedisse et concessisse abbacie Sancti Salvatoris de Constantino et monachis ibidem Deo servientibus capellam Sancte Margarete de Sabydone, cum decimis et elemosinis eidem capelle pertinentibus, et cum oblationibus curie Willelmi, filii Willelmi Filii Johannis, que idem Willelmus eidem abbacie dedit, et conredii sui decimam in eadem villa, et pannagium XX. porcorum suorum liberum, et ad usus suos de bosco prefati Willelmi unaquaque die fessum unius hominis, vel duobus diebus unam summam equi. Si vero monachus qui ibi moratur absens fuerit, cum redierit et habere voluerit, habebit quantum ei inde in absentia sua retro fuerit, insuper XVI. acras terre in eadem villa ad prefatam capellam pertinentes. Item concedo et confirmo predictae abbacie ecclesiam Omnium Sanctorum de Alingeham, cum capella Sancte Marie, et cum omnibus beneficiis ad eandem ecclesiam pertinentibus ; et preterea in eadem villa dimidiam carucatam terre, et viginti acras prati, et tres acras juxta ecclesiam ad edificium domorum suarum, sicut Willelmus de Solariis eidem abbacie dedit. Concedo etiam eis et confirmo

terram quam Baldewinus de Porteseia in insula de Porteseia eis dedit concessu domini sui Ade de Port, dimidiam scilicet bidam et tres acras terre. Insuper dedi eis et concessi per totas terras meas ut in forestis meis accipiant de mortuo bosco quantum eis necesse est ad focum suum et ad claudendum haias suas, et pannagium dedi eis liberum in forestis meis. Et volo ut non respondeant de hiis omnibus alicui nisi coram me vel justiciis meis. Hec omnia dedi eis et concessi in perpetuam elemosinam pro amore Dei et pro anima Henrici regis, avi mei, et aliorum antecessorum meorum.

Testibus : Ricardo de Humetis, Jordano Tesson, Willelmo Filio Johannis, Nicholao de Vayens, Willelmo Filio Hamonis.

Apud Cadomum.